Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

tristes. sciscitatus est dicens. Cur tristior est hodie solito facies uestra. Qui re
sponderunt. Somnium uidimus. et non est qui interpretetur nobis. Dixitque ad eos ioseph.
Numquid non dei est interpretatio. Referte mihi quid uideritis. Narrauit prior prepositus
pincernarum somnium suum. Videbam enim coram me uitem in qua erant tres pro
pagines et crescere paulatim gemmas. et post flores uuas maturescere.
calicemque pharaonis in manu mea. Tuli ergo uuas. et expressi in calicem
quem tenebam. et tradidi poculum pharaoni. Respondit ioseph.
Hec est interpretatio somnii. Tres propagines tres adhuc dies sunt. post quos recor
dabitur pharao magisterii tui. et restituet te in gradum pristinum. dabisque
ei calicem iuxta officium tuum. sicut ante consueueras. tantum memento mei.
cum tibi bene fuerit. et facies mecum misericordiam. ut suggeras pharaoni ut educat
me de isto carcere. quia furto sublatus sum. de terra hebreorum. et hic inno
cens in lacum missus sum. IN EV. A. Amen dico uobis quia nemo propheta
acceptus est in patria sua. AD V. A. Ihesus autem transiens per medium eorum ibat.
Videns pistorum magister quod prudenter somnium dissoluisset. FR. III.
ait. Et ego uidi somnium quod haberem tria canistra farine super caput
meum. et in uno canistro quod erat excelsius portare me cibos omnes qui fi
unt arte pistoria. auesque comedere ex eo. Respondit ioseph. Hec est inter
pretatio somnii. Tria canistra tres adhuc dies sunt. post quos auferet pharao
caput tuum ac suspendet in cruce. et lacerabunt uolucres carnes
tuas. Exinde dies tercius natalicius pharaonis erat. qui faciens gran
de conuiuium pueris suis recordatus est inter epulas magistri pincernarum
et pistorum principis. restituitque alterum in locum suum ut porrigeret regi
poculum. alterum suspendit in patibulo. ut coniectoris ueritas probaretur.
Et tamen succedentibus prosperis. prepositus pincernarum oblitus est interpretis sui.
Post duos annos uidit pharao somnium. Putabat se stare super fluuium.
de quo ascendebant septem boues pulchre et crasse nimis. et pascebantur in
locis palustribus. Alie quoque septem emergebant de flumine fede confecteque
macie. et pascebantur in ipsa amnis ripa in locis uirentibus. deuorauerunque
eas quarum mire species et habitudo cor[illegible]t. IN EV. Vbi duo uel
tres congregati fuerint in nomine meo in medio [illegible]um dicit dominus. AD VS.
A. Non dico tibi petre dimittendi septies sed usque septuagies septies. FR. IIII.
Expergefactus pharao rursum dormiuit. et uidit alterum somnium. Septem